istione illa homo est asinus esset concedenda. quod tunc significaret adequate hominem esse animal quod est falsum. Octava conclusio quolibet propositio de terminis non habentibus firmam et certam significationem potest per solam prioris aut impositionem esse aliqualis qualis iam non est vel fuit. Pro cuius declaratione notandum quod terminorum quidam habent firmam significationem ex prima institutione sicut illi termini: homo: animal: deus: ens: et huiusmodi: quidam autem indifferentes: sicut pronomina demonstratiua et nomina masculina. v. g. a. b. c. semper loquendo de significatione que potest dirigi ad distincta significata ipsorum signorum vel sibi consimilium. de terminis primo modo sumptis procedit illa conclusio. de alijs autem terminis procedit hec conclusio. Nam hec est falsa. hec est homo demonstrando asinum et per solam impositionem noua fieret vera ponendo quod per hoc demonstrat homo. Sicut hec est falsa a. est. b. dato quod extrema male supponant et per solam impositionem fieret vera dato quod ponatur li. a. significare adequate hominem et li. b. animal. unde facta hac impositione: ita est illa concedenda et dicenda esse vera. a. est. b. sicut illa. homo est animal. et non sequitur ante impositionem illa fuit impossibilis igitur modo est neganda: non valet argumentum. quod iam non est impossibilis sed necessaria propter inuentionem significationis. unde si ponatur quod illa. a. est. b. significet adequate hominem esse animal. et proponatur. a. est. b. concedenda est. Et si dicitur ipsa est falsa et impertinens concedo quod est impertinens sed nego quod sit falsa. et si dicitur. cedat tempus: admitto: et cum proponitur. a. est. b. nego eam si supponunt termini male et concedo quod est falsa et non tamen fuit falsa in tempore obligationis quod in eodem tempore mutant significationem propter impositionem nouam. Et si contra hec dicta allegaretur aliquid dicitur meum dicat illud intelligendum esse de terminis et propositionibus habentibus firmam et certam significationem. Ex his ergo propter quod in casu isto ita concedenda est ista. a. est homo et illa. b. est animal sicut illa homo est homo et illa animal est animal et hoc propter causam dictam. quare et cetera. Ex predicta conclusione sequuntur quedam correlaria contra concessa. Primum est. a. aliquid est. et tamen nihil est a. propter quod si. a. imponeret ad significandum tamen quantum hec oratio omnis homo: tunc sic hec esset concedenda omnis homo est aliquid. ita illa. a. est aliquid et sicut concedenda esset ista nihil est omnis homo ita et ista nihil est. a. Secundum correlarium a. est. b. et tamen nullus. b. est. a. propter dato quod hec. a. impone retur ad significandum tamen quantum hec oratio omnis homo et. b. tamen quantum li homo. Tertium correlarium. a. et. b. conuertitur et tamen nec. a. est. b. nec. b. est. a. propter dato quod. a. imponatur ad significandum tamen quantum hec oratio omnis homo et. b. si militer. Quartum correlarium. a. est. b. et tamen. b. existente impossibile est. a. esse. propter quia si. a. imponeret ad significandum tamen quantum hec oratio quilibet hominum. b. tamen quantum hec oratio: solus vnus homo. et tunc illa esset concedenda a. est. b. sicut illa quilibet hominum est solus vnus homo: et tamen. b. impossibile est. a. esse sicut si solus vnus homo est impossibile est quod quilibet hominum sit. Quintum correlarium. a. videt. b. et tamen. b. non videt ab. a. propter et dato quod. a. conuertatur cum li omnis homo et. b. cum li homo. et cum hoc ponatur quod quilibet homo videat seipsum et nullus alium quo posito sequitur correlarium. Sextum correlarium. a. differt. a. b. et tamen nullum. b. differt ab. a. propter et dato quod a. conuertatur cum li homo et. b. cum li omnis homo. Et propositum huius conclusionis atque correlariorum tenet vnus magister dicens quod admissa impositione negandum est. a. esse. b. et concedendum est nullum. b. esse. a. quod ista. a. est. b. negaretur extra tempus obligationis et nunc non est sequens ergo neganda. prioris patet. dicit. per vnas regulam. quod aut non sit sequens probat quod non sequitur imponatur. a. ad significandum tamen quantum hec oratio omnis homo et. b. tamen quantum li homo igitur. a. est. b. Et ita consequenter dicit etiam de omnibus alijs correlarijs negando quolibet illarum affirmatiuarum. quod sic negasset extra tempus obligationis et quilibet talem concedit esse veram. Sed hec responsio insufficienter procedit: ut propter ex predictis. nam propono tibi illam hec est homo

et certum est quod tu queres quid demonstrat per li hoc: tunc dico sic pono quod demonstrat asinus. et patet quod negabis eam. quod nescio quomodo aliter respondebis. concessa igitur illa arguo contra te per argumentum primum illa propositio ante impositionem fuit a te dubitanda ut patet et iam non est sequens igitur iam est a te dubitanda per quod ista consequentia non valet. et per consequens nec ista illius magistri. Item si proponatur ut prius quod continue ante hoc continue demonstrabatur asinus per li hoc: et tunc demonstraretur homo. patet quod continue ante hoc fuit neganda et modo est concedenda. et hoc propter solam mutationem et positionem significationis. Et ita dicatur de a. et b. Secundo arguitur sic. et pono quod a. sit illa deus est: admittenda est. Nam ea admittunt consequenter disputantes qua posita et admissa propono tibi. a. est verum. et per iuxta modum respondendi omnium logicorum quod concedendum est. a. esse verum. sed probo quod non per argumentum illud. Nam ante impositionem fuit illa. a. est verum neganda a te vel non intellecta sed modo non sequitur exposito. quia non sequitur. a. est illa deus est igitur. a. est verum igitur iam in tempore est a te neganda vel non intellecta. per quod ipse negaret consequentiam et sic solueret argumentum. Item iste magister plane contradicit sibi. Nam in capitulo de impositione imponit quod a. significet tantum precise sicut una illarum rex sedet et nullus rex sedet et lateat que illarum sit vera. qua proposita et admissa immediate proponit tu scis antecedens esse verum. ad quam respondet. concedendo. et tamen per quod ante casum ipsam negasset et iam non sequitur ex ipositione nec ex ipositione. Deinde facit aliam impositionem dicens: sit quod a. significet alteram istarum deus est et homo est asinus te scire et sit. a. in rei veritate illa deus est sed hoc lateat te. tunc proponit. a. est verum. ad quam respondet dubie. et tamen patet quod ante impositionem ipsam negasset. quia sibi significasset talem litteram. a. esse veram propositionem. et nunc in casu non sequitur ex ipositione nec impositione ut manifeste apparet. igitur etc. Non igitur in istis terminis non habentibus firmam significationem sed continue mutabilem per mutationem nove impositionis est respondendum sicut in alijs habentibus firmam et determinatam significationem. Sed recte respondendum est sicut ad alias propositiones significantes ex impositione prima et autentica. unde ex sola prima impositione. concedit illa aliquis homo est animal et dicitur quod est vera. non faciendo difficultates ibi inter concedere illam et concedere esse veram: sed utraque assertitur. et tamen per quod illa non sequitur ex prima impositione nec ex primo ipositione. qua imponebam illos terminos sic significare primo. ita in ipositione respondeatur ad ipositiones de a. et b. in nostra impositione ac si esset ipositione prima facta. Et nisi hoc sit verum nescio quomodo magni logici philosophi geometre atque theologo vere loquantur in suis casibus et supponit qui modum consimilem habent loquendi. etc.



Contra regulas tertij articuli intendo arguere et argumenta eadem dissolvere ut eisdes fides firmi debeat adhiberi. Prima ergo regula ponit quod omne possibile ante per accidens impossibile scitum ab aliquo esse tale eidem positum est admittendum. Contra istam regulam arguitur primo sic. et pono tibi omne possibile et si negetur casus habetur oppositum istius regule. Item omne possibile est a te admittendum sed nihil pono tibi nisi possibile igitur nihil tibi pono nisi a te admittendum igitur quod tibi pono est a te admittendum et illud negas ergo male respondes. Confirmat sic. quodlibet a me tibi positum est a te negandum sed omne possibile est a me tibi positum ergo omne possibile est a te negandum. et per prius nullum tale est a te concedendum vel admittendum. Ideo si admittit casus propono tibi illam tu es homo et per quod est concedenda. quod posita et admissa cum sit possibilis: deinde propono tibi illam tu non es homo vel concedis vel negas. Si concedis cedat tibi obligatio et deducitur quod eodem modo respondisti ad dictoria ergo male. Si negas iterum cedat tibi obligatio et sequitur quod tu negasti

tibi positum obligati. quod tibi ponebas et admisisti omne possibile et ista fuit possibilis igitur ista erat tibi posita et a te admittenda. et per prius concedenda. Rides nec concedendo nec negando casum. quod non est negandum omne possibile nec concedendum omne possibile. sed non admittendo. ac si diceret non admitto omne possibile: sicut si quis poneret utraque rex sedet et nullus rex sedet non debes ridere concedendo nec negando. quod tunc procederes vel negares duo dictoria sed debes non admittere. et ita in ipositione non admittendum est omne possibile. quod ponendo omne possibile. ponis dictoria et inconpossibilia. Et tunc ad arguendum cum concludit igitur regula falsa. non videtur arguendum. quod regula non ponit quod admittendum sit omne possibile pro modo sed ponit quod omne possibile pro modo est admittendum: ubi apparet magis contra eam quod tibi ponit ut in sensu composito. regula vero concedit ut in sensu diviso et iste est intellectus regule. Ad aliud arguendum nego minore. quod nihil posuisti nisi posse. quod posuisti inconpossibilia ut dicitur est. Et si dicitur pono tibi omnia compossibilia non admitto. quod iterum ponis inconpossibilia. Nam ponendo omnia compossibilia pono illa duo tu es homo et tu curris sunt compossibilia. et illa sicut tu non es homo et tu non curris sunt compossibilia: sed admissis illis compossibilibus bene necio admittis inconpossibilia tu es homo et tu non es homo: tu curris et tu non curris. Ad confirmationem nego maiorem: quod quodlibet a te mihi positum sit a me negandum. quod ponendo omne posse ponis illam ego sum homo et hec non est a me neganda. etc. Secundo per regulam arguitur sic. a. convertit cum illo termino asinus in ipositione vera et cum illo termino homo in ipositione falsa et cum hoc disuncto homo vel non homo in ipositione dubia: et est posse et tamen non est admittendum igitur illa regula falsa. prius tamen cum maiori et minore perbo. quod si illud est admittendum admittit ergo illud a me pro modo. tunc propono tibi istam. homo est a. vel concedis vel negas: vel dubitas. si concedis et bene ridet tunc talis propositio est vera. et per prius li. a. convertitur cum li asinus ergo concedendo boies esse. a. concedis boies esse asinum: si negas et bene ridet tunc talis est falsa homo est a. et per prius li. a. convertit cum li homo. Et si sic hec est falsa homo est homo: si dubitas istam igitur li. a. convertit cum hoc disuncto homo vel non homo: et tunc hec esset dubitanda homo est homo vel non homo quod est falsum quod est necesse. Rides admittendo pro modo illud et cum proponit homo est a. dicitur primo non intelligendo eam. quod non est certificatio aliqua facta de sua significatione positum est. n. ipam significare in confuso quod suum significatum est ignotum ideo non rideat affirmative negative nec dubitative quousque non fuerit facta dicta certificatio de isto termino. a. Secundo modo potest ridere concedendo quod homo est a. quo concessio non sequitur ista est a te concedenda et bene ridet concedendo eam igitur ipsa est vera. nam posita illa et a te admittita tu es rome: tunc propono illam tu es rome et per quod est a te concedenda et concedendo eam bene ridet quod posita obligata: et tamen non sequitur quod sit vera. Ita non sequitur illa est a te neganda et negas eam bene ridendo igitur ipsa est falsa. per de ista tu non es rome quod vera est et tamen neganda quod repugnat posito. Tertio modo ridet negando illam homo est a. quod ante casum negabas: et in casu isto non est certificata eius significatio igitur adhuc est neganda et conceditur quod ipsa est falsa. et cum dicitur igitur illa est falsa homo est homo concedo quod est falsum: non tamen neganda sed continue concedenda est et dicendum est ipsam esse falsam iuxta declarationem regule conclusionis. Et si arguitur sic. ista homo est homo est falsa et ista significat adequate boiem esse boiem igitur boiem esse hominem est falsum. et per prius negandum. Dicitur negando minorem quod repugnat duobus concessis. sequitur. n. homo est homo et hec est falsa homo est homo igitur non significat hominem esse boiem. Tertio contra eandem arguitur sic. a. significare omne quod non est. a. est possibile et non admittendum. igitur etc. prius tenet cum maiori quod ille terminus homo significat omne illud quod non est iste terminus homo. et ille terminus animal similiter igitur a pari possibile est quod li. a. significet omne quod non est. a. posset enim esse quod aliquis terminus esset. a. et nullum suum significatum saltem a se distinctum esset. a. minorem perbo. Nam si illud est admittendum admittat ergo a te tunc quero: an tu es. a. an tu non es. a. si tu es. a. et a. significat omne quod non est. a. igitur tu non es. a. Si tu non

es. a. et a. significat omne quod non est. a. igitur tu es. a.
 Ad istud potest responderi primo non intelligendo aliqua
 illarum tu es. a. tu non es. a. propter causam dictam superius.
 Aliter dicitur concedendo quod tu non es. a. et non sequitur
 tu non es. a. et a. significat omne quod non est. a. igitur
 tu es. a. quia ista affirmativa non sequitur ex illis quarum
 una est affirmativa et alia negativa: imo nec sequitur cum
 constantia negative: sicut non sequitur. tu es et tu non es il
 se terminas homo et ille terminus homo significat omne
 illud quod non est iste terminus homo: igitur tu es iste ter
 minus homo. non est ergo inconueniens quod a. significet oem
 illud quod non est. a. sed inconueniens foret quod a. esset omne
 quod non est. a. quia tunc idem esset. a. et non esset. a. Quarto
 contra eandem regulam arguitur sic. a. conuertitur cum illa
 propositione deus est. est possibile ut p3 et non admitten
 dum proba. quia si sic. admittatur ergo eam. et quero utrum
 a. sit verum vel falsum. Si verum contra. a. non est propo
 sitio cum non habeat subiectum nec predicatum. nec copula
 igitur. a. non est vera: si dicitur quod est falsum vel dubium co
 tra. a. conuertitur cum vero et necessario ut ponit casus. igitur
 et cetera. Respondetur admittendo positum et concedo
 quod a. est verum et cum dicitur quod a. non est propositio: nego
 et ad argumentum. a. non habet subiectum nec predicatum
 nec copulam igitur non est propositio. neganda est consequen
 tia. nam sepius dictum est quod secunda pars illius copu
 latue omnis homo est animal et conuerso est propositio que
 non habet huiusmodi denominatas partes. si tamen pro
 nitur antecedens illius: consequentia debet dubitari quia stat
 quod habeat illas partes et quod non habeat. unde cum casu stat
 quod a. sit ista propositio prima causa est ens que conuertitur cum
 ista deus est. quo dato: p3 quod a. habet partes sicut ista prima
 causa est ens. sic arguendo hec propositio habet tales partes
 et ista propositio est. a. igitur. a. habet tales partes. stat etiam
 quod ista simpliciter. a. vox conuertatur cum ista propositione de
 est quo dato concedendum est. a. non habere predicatum et
 huiusmodi: modo quo dicitur est. Quinto contra regu
 lam arguo sic. et pono quod tu sis. a. si primum tibi propositum
 sit falsum et quod tu non sis. a. si primum tibi propositum sit ve
 rum: isto posito p3 quod positum est possibile. et tamen non
 est admittendum. Si sic. admittatur ergo. et propono. tu es
 a. Et si dicitur quod tu es. a. et quod ista est vera tu es. a. sequitur
 quod non es. a. quia tu es. a. est primum propositum tibi. si autem
 dicitur quod tu non es. a. quod ista sit falsa tu es. a. et cum illa sit
 primum propositum tibi sequitur quod primum propositum tibi est
 falsum. et per consequens tu es. a. consequentia p3 ex casu.
 Ad istud potest tripliciter responderi primo modo ne
 gando casum: eo quod includit duas conditionales quarum que
 libet est falsa. et per consequens impossibilis simpliciter. Se
 cundo modo admissio casu volendo quod si non teneatur co
 sequentia: sed solum conditionaliter sub quadam condi
 ctione: sicut communiter solet loqui: respondetur sicut prius
 non intelligendo aliqua istarum tu es. a. tu non es. a. ex quo
 non est assignata distincta significatio. Tertio modo dicitur
 et hec est maxime sustinenda: cum proponit tu es. a. negan
 do illam quia negassem eam ante obligationem et nunc non
 est facta certificatio de sua significatione: et cum dicitur illa
 est falsa concedo et cum subiungitur illa est primum propositum
 tibi: negatur. quia repugnat posito et vni concessio et oppo
 sito bene negati. Nam sequitur tu es. a. si primum propositum
 tibi sit falsum: sed tu non es. a. et illa tu es. a. est falsa igitur
 illa non est primum propositum tibi quod est oppositum illius.
 Si autem mutetur ordo proponendi ita quod statim post
 positum proponatur illa tu es. a. qua negata proponitur: ipsa
 est primum propositum tibi: concedatur. quia verum et imper
 tiaens deinde ultimo ipsa est falsa negatur. Nam ipsa esse
 veram sequitur exposito cum vno concessio et opposito be
 ne negati. ita quod bene sequitur tu non es. a. si primum tibi pro
 positum est verum sed tu non es. a. et ista tu es. a. est primum
 propositum tibi ergo ipsa est vera. si. n. esset falsa et primum
 propositum tibi tu es. a. quod repugnat vni concessio. Sexto
 contra regulam arguitur sic. pono quod a. sit primum instans

in quo proponitur tibi falsum. hoc positum est possibile ut
 p3 et tamen non est admittendum: quia si sic admittatur ergo.
 et propono tibi. a. est: concedenda est. quia vera et impertinens
 deinde propono tibi hoc est falsum. a. est. si concedis igitur
 a. non est. Si negas vel dubitas. contra tu negas vel dubi
 tas sequens ex posito et concessio igitur male. Nam sequi
 tur. a. est primum instans in quo proponitur tibi falsum et a.
 est igitur. a. esse est falsum. Respondetur admittendo
 positum et cum proponitur. a. est. concedo et cum dicitur hoc
 est falsum. a. est. nego. et cum dicitur. tu negas sequens et cetera.
 nego. Nam non sequitur. a. est primum instans in quo pro
 ponitur tibi falsum et a. est igitur. a. est. est falsum. non valz
 argumentum quod stat cum toto antecedente quod aliud falsum
 quod non est ista. a. est. proponatur et si proponitur ultimo illa.
 nihil proponitur nisi. a. negatur tanquam repugnans. Nam se
 quitur. a. est primum instans in quo proponitur falsum et a.
 est et non est ista falsa. a. est ergo aliud proponitur ab. a.
 Ubi tamen mutaretur ordo. ita quod concessio illa. a. est. pro
 neretur. nihil proponitur nisi illa. a. est concedatur tanquam ve
 ra et impertinens: deinde si proponitur: ista est falsa. a. est. con
 cedo. tanquam sequens. Nam sequitur. a. est primum instans
 in quo proponitur falsum: sed. a. est igitur in. a. proponitur fal
 sum: sed non proponitur nisi illa. a. est igitur ipsa est falsa. Ulte
 rius cum proponitur. a. non est. nego. quia non sequitur ista e
 falsa. a. est igitur. a. non est. sicut non sequitur hec est falsa tu
 es igitur tu non es. Septimo et eandem regulam arguitur sic.
 et pono quod si homines est. conuertatur cum illa deus est. h
 positum est possibile ut p3 et non admittendum igitur et cetera.
 minorem proba. quia si sic. admittatur ergo. et propono tibi
 homines est. si concedis vel negas vel dubitas: contra ante
 tempus illa non erat concedenda nec neganda nec dubitan
 da: propter sui incongruitatem et iam est impertinens ut
 patet et est de terminis notis ergo nunc non est conceden
 da neganda vel dubitanda quod si conceditur: contra ipsa est
 propositio ergo concedenda neganda vel dubitanda consequen
 tia p3 quia conuertitur cum illa deus est. Respondetur ad
 mittendo positum et cum proponitur hominem est non ratio
 ad illam nec affirmative nec negative nec dubitative. et cum
 dicitur ipsa est propositio nego: quia falsum et impertinens
 contra conuertitur cum illa deus est: concedo et nego quod il
 la deus est sit propositio tanquam repugnans. sequitur. n. si homi
 nem est: non est propositio sed si hominem est conuertitur cum
 illa deus est igitur nec ista deus est est propositio igitur. Si
 tamen mutaretur ordo sic. quod statim post istam hominem
 est ad quam non est responsum proponeret hec est propositio
 deus est. concederem quia verum et impertinens. deinde hec
 est propositio. homines est: concederem quia est sequens vte
 rius homines est est concedendum negandum vel dubitan
 dum: concedo etiam quia sequens. Et si dicitur pro qua parte
 proponatur partes diuisim et negentur quecumque sint ille
 due primo proposita et tertia concedatur. quia sequitur ex vno
 concessio et oppositis bene negatur. ita quod si primo proponat
 ista hominem est est concedendum: negatur: quia falsa et imper
 tinens: deinde hominem est: est negandum: negatur propter eam
 dem causam: tunc tertio homines est est dubitandum. conceda
 tur. quia sequitur hominem est: est concedendum negandum vel du
 bitandum sed non concedendum nec negandum igitur dubi
 tandum. Et si dicitur. contra ista deus est. est concedenda
 igitur et ista hominem est. negatur antequam tanquam repugnans.
 nam sequitur iste due conuertuntur et ista hominem est. est dubi
 tanda igitur et ista deus est. Verum tamen quotienscumque pro
 ponitur ista deus est concedatur et ad illam hominem est absolu
 te positam non respondeatur concedendo negando vel dubitan
 do. Eodem modo respondendum est cum ponitur quod deus est
 et deus esse conuertuntur. qua admissa semper concedatur
 illa deus est et ad illam deum esse non respondeatur conce
 dendo negando nec dubitando. Et si proponitur hec deus est
 est propositio vera et necessaria concedatur tanquam verum et
 impertinens: deinde homines esse est propositio vera et ne
 cessaria concedatur quia sequens. ulterius hominem esse est
 concedendum: concedo quia sequens quare et cetera.

Secunda regula fuit ista. Omne positum obligatum sub formaliter ponenti in tempore obligationis propositum scitum esse tale est continue ab eodem concedendum. Contra istam regulam arguitur sic. et pono tibi illam propositionem de qua cogito: si admittitur proponatur ista: homo est asinus: si negatur arguitur sic. ista est tibi posita. et admissa igitur positum obligatum est ate negandum: consequentia tenet antecedens est tibi dubium igitur consequens non est ate negandum. et per consequens oppositum regule. Et si dicitur quod non admisisti illam sed admisisti istam quam cogitavi sed solum istam cogitavi igitur admisisti illam ista consequentia est bona scita ate esse bona cuius antecedens ut prius est ate dubitandum igitur non consequens non est. a. negandum et negas ergo male. Et si negatur casus. contra ista quam cogito est illa tu curris igitur illa est ate admittenda. consequentia scitur esse bona et antecedens est tibi dubium igitur consequens non est ate negandum. Et item si primo modo dubitetur casus contra nihil quod non intelligis habes dubitare sed non intelligis casum tibi positum. quia nihil nec aliquo modo intelligis per illum cum non scis que propositio sit vel qualis ergo non habes istum casum dubitare: antecedens probatur tu non dubitas sic esse vel sic quocumque demonstrato nisi promittis naturaliter comprehendas et moveatur intellectus per sic esse vel sic: sed oportet intellectum sic moveri et inde confiderare a quo movetur et sic intelligere igitur non dubitas sic vel sic nisi intelligas sic quod fuit probandum. Et forte respondebitur ad casum non concedo negando nec dubitando illum: sed queritur que est ista propositio quam cogitas. si ergo sic queris pono quod scias que est illa et quod ista sit contingens ad utrumlibet. Et si admittatur ideo propositio de qua cogito: proponatur eadem. si negatur vel dubitatur. hoc vadit contra regulam. si conceditur propono tu non es homo. si negatur cedat tempus et arguitur sic. infra tempus concessisti propositionem tibi positam de qua cogitavi sed solum de illa tu non es homo cogitavi igitur infra tempus concessisti istam. hec consequentia est scita ate esse bona cuius antecedens est ate nunc dubitandum igitur consequens non est ate negandum: nec etiam concedendum quod infra tempus negasti eam igitur consequens est ate dubitandum tunc arguo sic. infra tempus obligationis negasti istam tu non es homo et infra idem tempus concessisti eam igitur male respondisti illa consequentia scitur ate esse bona cuius antecedens est ate dubitandum igitur consequens non est ate negandum. quare etc. Et ad hoc respondetur breviter tam ad primum casum quam ad secundum non admittendo aliquem illorum. Nam primum non est admittendum quia ex tibi dubio tu cogitas propositiones impossibiles. Et ad secundum dico quod casus est possibilis. v. g. quod scias que est ista quam cogitas et quod ista sit contingens ad utrumlibet igitur ista quam cogitas est admittenda quia potest certificari de ipsa non tamen admittam casum quousque non fuero certificatus que sit ista: et hec sit intentio regule prime. Et tunc tamen non esset inconueniens admissio casu gratia divisionis extra tempus obligationis diuisive an in tempore concessit duo contradictoria vel quod negavit positum et an male respondebat quia in rei veritate admissio casu continue dum respondeo dubito an bene respondeam et an concedam pertinens an impertinens. quare etc. Et secundo contra regulam arguitur sic. et pono tibi alteram illam que scis inuicem contradicere. v. g. rex sedet et nullus rex sedet. si non admittitur. quia non fuit mentio specialis de aliquo illo: sicut nec admittendum est si dicatur pono tibi aliquam propositionem. Contra tunc pari ratione non admitteretur talis casus pono quod scias unam illarum: vel quod a. sit altera illarum: nec foret admittendum si poneretur quod aliquis homo currit. quia non fit limitatio de isto vel de illo. Et item sit rei veritas quod nulla propositio falsa sit et pono tibi omnem propositionem. talis casus est admittendus

igitur a fortiori est admittendum cum pono tibi particularem aliquam propositionem. Et admissio ergo primo casu propono positum obligatum. si negas. habeo intentum contra regulam. si concedis propono tibi istam rex sedet: si concedatur vel negatur cedat tempus et constat te concessisse vel negasse infra tempus obligationis propositionem tibi dubiam: nec scivisti an sequebatur vel repugnabat tibi posito obligato: igitur nulla de causa fuit ista concedenda ate nec neganda. Si autem cum proponitur primo rex sedet dubitetur proponatur ista nullus rex sedet. si conceditur vel negatur cedat tempus obligationis et arguitur quod male respondetur quia dubitatio uno contrario: unum reliquum propositum debet dubitari. ideo forte dubitatur illa nullus rex sedet: sed contra cedat tempus infra tempus utrumque illarum dubitasti et concessisti alteram istarum. quia quam admisisti. igitur pro eodem tempore concessisti aliquam propositionem quam dubitasti: et eodem modo quam negasti ut si proponatur infra tempus oppositum positi. Et per hunc modum videtur posse concludi quod concessisti aliquam propositionem quia alteram istarum: et tamen nullam illarum concessisti. nec admisisti. et sic ate concedebatur et a me ponebatur aliqua propositio sed ista nec fuit ate concessa nec a me posita. Et ad istud argumentum solet responderi quod dubitatis illis rex sedet et nullus rex sedet non oportet concedere extra tempus obligationis quod concessisti propositionem quam dubitasti. Et tunc ad argumentum quolibet illarum dubitasti et concessisti alteram istarum igitur concessisti alteram illarum quam dubitasti: negatur consequentia: sicut non sequitur promitto tibi denarium et omnem denarium promitto sicut igitur promitto tibi denarium quem promitto sicut. Et tamen non sequitur volo tibi dare equum meum et omnem equum volo dare sicut. igitur volo tibi dare equum quem volo dare sicut. et dicitur consequenter quod si concedo nego admitto et huiusmodi faciunt diversitatem inter sensum compositum et sensum diuisum sicut isti termini significo in pono et huiusmodi. Et hec responsio est apparens sed non est similitudo forme ad formam. scilicet non sequitur promitto tibi denarium et omnem denarium promitto sicut. igitur promitto tibi denarium quem promitto sicut. sed tamen bene sequitur promitto unum istorum duorum denariorum et quolibet istorum duorum denariorum promitto sicut. igitur promitto tibi denarium quem promitto sicut. Non enim bene videtur imaginabile oppositum consequentis cum antecedente et ita in proposito sequitur concessisti alteram istarum et quolibet istarum dubitasti igitur concessisti alteram illarum quam dubitasti. Et item est mirabile quod ponatur eadem vis in illis verbis promitto concedo et admitto. ita quod sicut conceditur promitto tibi denarium et tamen nullum denarium tibi promitto. ita possit concedi quod admitto aliquas propositiones: et tamen nullam propositionem admitto et quod concedo aliam quam propositionem et tamen nullam propositionem concedo et ita nego dubito et huiusmodi. Et hec tamen responsio non est multum in probabilis licet non bene sonet quia consequenter diceret ut prius etc. Et propterea debet dari alia responsio. v. g. cum ponis alterum illorum vel aliquam propositionem. queratur que sit ista. et si dicatur lateat te. econverso respondeatur lateat te an admitto istam: et si dicam pono quod scias quam pono. Similiter volo quod scias an admitto istam et sic continue eodem modo quo tibi ponit eodem modo sibi admittas quousque deveniant ad determinatam propositionem. et tunc respondeas iuxta regulas assignatas. Et tunc ad obiectum de causa diversitatis quare non admitto alterum istorum cum tibi ponitur et tamen admitto quod a. sit alterum istorum: aut quod scias alterum istorum vel quod homo currit. quod in istis casibus bene nosco que sunt mihi posita et que sibi sequitur vel repugnat in ista propositione vero non. Et ad aliam confirmationem cum supponis quod nulla propositio sit falsa. et ponitur casus: propositio non admittitur non quia aliquod mihi positum sit impossibile. sed quia non

Debes admittere mihi ignotum nec illud quod nescio esse mihi positum. Et nota quod si opponens esset nimis impotens dicens hanc responsionem esse fugam revertere ad priorem respondeas sicut tibi responsam est: vel admissio casu dubites qualibet illarum rex sedet et nullus rex sedet. Et tunc ad argumentum quod fit. extra tempus obligationis tu concessisti alteram illarum et qualibet illarum dubitasti. Igitur concessisti alteram illarum quam dubitasti. conceditur consequentia et consequens: sicut etiam conceditur: quod si promitto tibi denarium et qualibet denarium promitto sicut quod promitto tibi denarium quam promitto sicut. Nam ita liquet stat confuse tantum sicut si denarium. et tunc non sequitur iuxta doctrinam alias traditam promitto tibi denarium quem promitto sicut. Igitur promitto tibi denarium et illum promitto sicut. concessisti propositionem quam dubitasti igitur concessisti propositionem et illam dubitasti nec relativum stans confuse tantum habet resolui sicut seplissime est supra demonstratum. Et si arguatur tu concessisti propositionem quam dubitasti igitur male respondebas non valet argumentum. sicut non sequitur promitto tibi denarium quem tibi non promitto igitur false promittis: aut idem promittis et non promittis: que bene sequerentur hic si aliquem denarium promitterem quem non promitterem. ita in proposito non valet consequentia. sed deberet pro antecedente sumi quod aliquam propositionem concessisti quam dubitasti quod negabo sic respondendo et volendo cum priori responsione quod si concedo promitto et huiusmodi habet vim concedendi confuse tantum et faciendi sophisma sicut si promitto volo significo et huiusmodi. Item est advertendum quod licet alias concesseris talia gerundia vel participia admittendum: concedendum: negandum: et dubitandum et huiusmodi facere sophisma compositionem aut divisionem: non tamen concessisti talia verba admitto concedo nego et huiusmodi. concessi enim quod ate neganda vel dubitanda esset altera istarum rex sedet et nullus rex sedet: et quod nulla istarum est ate concedenda: nec aliqua istarum est ate neganda: sed quelibet dubitanda nunquam tamen concessi et nego aut concedo aliquam propositionem: et tamen nullam concedo vel nego. quare etc. Tertio contra regulam arguitur sic. sint tantum tres propositiones cathedice vere. s. a. b. c. sic quod a. sit verum illorum tibi dubiorum. rex sedet et nullus rex sedet quod scias esse tibi dubium. deinde pono copulativam factam significat ut eius partes pretendunt. Si negatur casus: contra. tota copulativa tibi posita est vera per suppositum igitur illa est possibilis igitur illa est admittenda. Dicitur forte negando antecedens: quia cum ponitur in casu quod a. sit alterum istorum. sequitur quod iste propositiones sunt: rex sedet et nullus rex sedet. et per consequens contradictoria sunt. igitur non omnes propositiones sunt vere et sic casus implicat. Contra stat quod utraque illarum precise significet deum esse. et per consequens utraque esset vera: nec ille essent contradictoria igitur non si iste propositiones sunt contradictoria sunt. Item casus non debet negari propter hoc quod a. est tibi dubium per casum et tamen scias a. esse verum. quia illud non est inconueniens sicut in prima parte fuit ostensum. Si ergo admittitur casus proponatur copulativa ista: si negatur: habeo oppositum regule. si concedatur contra et propono. a. qua concessa. quia sequitur exposito. proponitur. b. et c. quibus concessis. quia sequuntur ex copulativa posita cum sint partes eius: cedat tempus obligationis et arguo sic. infra tempus illa mutuo contradicebant. s. rex sedet et nullus rex sedet et utraque illarum concessisti ergo male. consequentia tenet et maior est rei veritas. et minorem proba. quia concessisti. a. b. c. sed quelibet istarum sicut. b. vel. a. vel. c. ergo concessisti quamlibet istarum. Respondetur admittendo totum casum suppositum: sed nego positum nec admitto positionem ponentem illam copulativam extra. a. b. c. quia talis copulativa includit contradictoria. videlicet rex sedet et nullus rex

sedet: quas licet admitterem esse veras: sicut argumentum est esse possibile negarem tamen casum. qui est copulativa facta ex illis: et licet admitterem hanc esse veram. s. homo est asinus. quandoque ponitur mihi quod homo est asinus nego casum. Sed forte hic aliquando instatur ponitur quod ista sit vera homo est asinus: qua posita et admittitur ponitur illa est possibilis concedendum quia sequens: deinde propono ista homo est asinus est admittenda: si conceditur tanquam sequens iuxta significationem prime regule pono tibi ista homo est asinus et sequitur quod tu habes admittere eam. Dicitur admittendo positum et ultimo concedo quod ista est a me admittenda: non tanquam vera sed tanquam sequens: nunquam tamen admittam eam mihi positam: nec hoc est inconueniens. quia sicut in primo apparebit subiectus infra tempus obligationis concedam aliquam propositionem a me esse concedendam aut istam homo est asinus vel aliqua aliam impossibilem et tamen quotienscumque mihi proposita fuerit ipsam negabo. Quarto contra regulam arguitur sic. sint. a. b. c. omnes cathedice vere. ita quod a. sit illa rex sedet vel ista nullus rex sedet. ita quod scias a. esse hanc vel hanc. sic quod hanc vel hanc scias esse. a. et tibi positam obligatam. Iste casus non implicat istas duas propositiones esse rex sedet et nullus rex sedet: sicut nec iste si ponatur quod a. sit hoc sedens vel hoc non sedens: demonstrando regem: quo admissio cum copulativa facta ex. a. b. c. sit vera pono tibi illam cum toto casu precedente: qua admittitur: proponatur eadem. si negatur habeo contra regulam si conceditur propono. a. et debet concedi: qua concessa proponitur rex sedet: qua dubitata: quia de facto nec scitur an sit vera nec falsa nec sequens nec repugnans: propono ista: nullus rex sedet: qua dubitata quod dubitatur oppositum eius arguitur sic. omne scitum ate esse tibi positum obligatum est ate concedendum sed hoc vel hoc. est scitum ate esse tibi positum obligatum per casum ergo hoc vel hoc est ate concedendum. per primum hoc demonstrando istam rex sedet et per secundum istam nullus rex sedet. Etiam cedat tempus et arguitur sic. infra tempus concedenti. a. igitur infra tempus concedenti alterum illorum consequens falsum. quia nullum illorum infra tempus concedenti ut patet inductive. Respondetur admittendo primum casum et non admittendo secundum: nisi magis limitetur mihi que propositio sit. a. que. b. et que. c. propter causam datam in responsione ad argumentum secundum. Uerum tamen potest aliter responderi. admittendo casum et cum proponitur. a. conceditur. quia positum obligatum scitum esse tale. et cum proponitur aliqua istarum rex sedet nullus rex sedet. queratur que est tibi posita: quod si noluerit opponens determinare non ulterius respondeas: et si dixerit tu scias a. esse istam vel istam tibi positam obligatam igitur non expedit quod tu queras. nego argumentum quia cum toto antecedente nescio que est. a. nec scio que illarum est mihi posita. Et ubi assignetur certa illarum concedatur illa et negatur alia tanquam repugnans. Hec responsio soluit obligationem secundam et respondeas alias ubi nescitur quod sit positum facta positione et admissione. Tertio modo potest responderi admittendo positum et concedo. a. et cum proponitur aliqua illarum rex sedet nec rex sedet indubitetur. Et tunc ad argumentum. omne scitum ate esse tibi positum obligatum est ate concedendum: sed hoc vel hoc est scitum ate esse tibi positum obligatum igitur hoc vel hoc est ate concedendum. concedatur consequentia et consequens: nunquam tamen concedam aliquam illarum mihi positam: sicut in exemplo pono tibi istam alterum illorum est concedendum: ate qua admittitur. propono illam rex sedet et patet quod habet dubitari: deinde istam nullus rex sedet et eadem est responsio sibi danda. deinde propono hoc vel hoc est concedendum ate concedendum est tanquam sequens exposito. Et si dicitur ex quo hoc vel hoc est concedendum ate quod est illud. dico quod proponas partes diuisim in hoc

secundo exemplo. et patebit negando primam et concedo secundam tanquam sequentem ex concessio et opposito bene negatur: sed in priori argumento quacumque parte proposita dubitatur talis. hoc est concedendum a me. quod semper dubitatur an sibi demonstratur positum obligatum. Ad aliud argumentum quod sit extra tempus obligationis: infra tempus concedenti. a. igitur infra tempus concedenti alterum illorum: concedo consequentiam et consequens: et nego quod nullum illorum infra tempus concessi: imo unum istorum concessi: sed nescio quod est illud. Et si arguitur sic. alterum istorum concessisti et utrumque illarum dubitasti igitur idem concedisti et dubitasti infra tempus obligationis: concedo consequentiam et consequens: et si infertur igitur male respondisti: nego consequentiam. quod non scienter concessi et dubitasti idem quod oportet secundum regulas sonant. quolibet enim istarum dubitasti scienter sed unam earundem concessi inscienter. Propterea cum queritur quomodo istarum concessisti nescio: hec etiam respondeo vadit ad secundam obligationem et ad quacumque eorum multas pono responsiones ut cui una non placet alteram obligat.



Tertia regula fuit ista. Omne sequens exposito obligato scitum esse tale est in tempore obligationis concedendum. Contra istam regulam arguitur sic. et pono tibi istam que sit a. nullum tibi positum est ate concedendum. et hoc est tibi positum demonstrato. a. si non admittitur casus: contra positum est possibile et non admittitur igitur male. antecedens probatur. Nam possibile est quod pono tibi istam possibilem nullum tibi positum est ate concedendum quod dato sequitur quod aliquid est tibi positum: sed non aliud quam illud demonstrato. a. ut suppono igitur hoc est tibi positum demonstrato. a. admissio ergo casu propono tibi. a. si negas et bene respondes habeo intentum contra regulam si concedis proba quod a. non est concedendum. Nam nullum positum est ate concedendum: sed hoc est positum demonstrato. a. igitur. a. non est ate concedendum. antecedens est concedendum: quod positum igitur et consequens: tunc ultra. a. non est ate concedendum et a. est sequens exposito cum sit altera pars eius igitur non omne sequens exposito est concedendum quod est verum contra regulam. Respondet admittendo positum et cum proponitur. a. concedatur. Et ad argumentum concedo consequentiam et consequens. v. g. a. non est concedendum a me. et tunc ultra cum arguitur. a. non est concedendum ate et a. est sequens exposito. igitur et cetera. nego minor. quia repugnat. sequitur enim. a. non est concedendum ate igitur. a. non est sequens exposito semper intelligendo de positio obligato. a. est pars copulativae positae igitur sequens exposito: nego antecedens tanquam repugnans si intelligitur de copulativa negativa. Puto tamen quod si poneretur obligatum cum positio quod casus non esset admittendus quod includit opposita sequitur hoc est tibi positum obligatum igitur positum obligatum est ate concedendum igitur aliquid tibi positum est ate concedendum quod est contradictorium alterius partis. v. g. nullum tibi positum est ate concedendum. Et tunc ad rationem dico quod si poneres mihi istam et admitterem non sequeretur aliquid esse positum obligatum sed potius sequitur oppositum ex illo admissio. quare et cetera. Secundo arguitur contra regulam sic. ex ista regula sequitur quod infra tempus duo contradictoria sunt concedenda igitur regula non bene posita. antecedens probatur. et pono tibi illam tu es rome et oppositum cuiuslibet talis est ate concedendum: copulativa illa est possibilis. nam stat quod tu sis rome et hec tu non es rome sit tibi posita et ate admissa: sicut iam de facto tu es homo et tu non es homo ponitur et ate admittitur. quo positio et admissio illud est ate concedendum. Admissio ergo casu proponitur oppositum cuiuslibet talis est concedendum. illa est altera pars copulativae igitur concedenda. Deinde tu es rome hec est formalis sequens exposito obligato. sequitur enim tu es rome et oppositum cuiuslibet talis est concedendum igitur tu es rome a copulativa ad alteram partem: et tamen

illa tu es rome non est ate concedenda igitur non omne sequens exposito obligato est concedendum antecedens probatur. quia si illa sit concedenda et eius contradictorium est concedendum ergo contradictoria sibi invicem sunt concedenda quod fuit deducendum. Respondet admittendo positum et cum proponitur aliqua istarum tu es rome aut tu non es rome est ate concedendum concedo quolibet istarum: et nego quod illa tu es rome sit a me concedenda. et nego tanquam repugnans quod tu es rome sit sequens. sequitur enim tu es rome non est ate concedendum igitur non est sequens exposito obligato. Si tamen hoc ponatur cum positio quod ipsa sit sequens exposito igitur concedenda nego consequentiam: quia oportet addere quod sit sequens exposito admissio obligato et hoc est repugnans. Nam si ista tu es rome est sequens exposito obligato ipsa est concedenda et oppositum cuiuslibet talis est concedendum igitur contradictoria invicem sunt concedenda quod non debet concedi. Tertio contra regulam arguitur sic. et pono tibi illam tu curris et tu non curris est ate concedendum casus est possibilis et possibile est quod tu curras et quod illa tu non curris sit tibi posita et ate admissa et consequenter ate concedenda. Admissio ergo casu propono tibi istam tu non curris est ate concedenda: si conceditur quia sequens. propono tibi illam tu curris. si concedis: contra tu curris est ate concedendum et tu non curris est ate concedendum igitur duo contradictoria sunt ate concedenda. Item propono tibi illam tu non curris si concedis: concedis repugnans uni concessio igitur male: si negas aut igitur quia falsa et impertinens aut quod repugnans sed qualitercumque dicatur sequitur quod ista tu non curris est ate concedenda. et per consequens non est ate neganda quod est oppositum unius concessio. et sic habeo dupliciter quod non quolibet sequens exposito est ate concedendum quia nec illa tu curris nec illa tu non curris est ate concedendum. Respondetur admittendo positum. et cum proponitur aliqua istarum. tu non curris est ate concedendum: tu curris: concedo quolibet istarum. Et tunc ad argumentum tu curris est ate concedendum et tu non curris est ate concedendum ergo duo contradictoria sunt si invicem concedenda. non valz argumentum. verumtamen non concessi quod illa tu curris sit a me concedenda sed concessi eam. ubi ergo immediate post concessionem eius postponatur ista est ate concedenda concedo quod verum et impertinens. Deinde si proponitur ista sunt duo contradictoria nego tanquam repugnans. sequitur quolibet istarum est a me concedenda igitur illa non sunt contradictoria. Item si immediate post concessionem illius tu curris postponatur illa sunt duo contradictoria tu curris et tu non curris concedendum est. quod verum et impertinens. Deinde tu curris est ate concedendum nego tanquam repugnans. sequitur enim tu non curris est ate concedendum et tu non curris et tu curris sunt contradictoria ergo tu curris non est ate concedendum. Item si immediate post concessionem illius tu curris proponatur ista copulativa tu curris est ate concedenda et illa sunt contradictoria demonstratis partibus: negatur hec copulativa. Et si queritur pro qua parte non assignatur aliqua quousque non fuerint ambe propositae quibus propositis semper concedatur prima pars. quia vera et impertinens. et secunda negatur quia repugnans uni concessio et opposito bene negatur illius copulativae. Nam sequitur tu curris non est ate concedendum vel ista non sunt contradictoria sed tu curris est ate concedendum igitur ista non sunt contradictoria. Similiter sequitur tu curris non est ate concedendum vel illa non sunt contradictoria sed illa sunt contradictoria igitur tu curris non est ate concedendum patet quolibet istarum: a distinctiva ad alteram partem constructione unius et cetera. Ad confirmationem cum proponitur tu non curris nego eam: iniquam tamen concedo quod sit neganda. quia repugnans. sequitur enim tu non curris est ate concedendum igitur non est ate negandum: et cum dicis tu negas eam: concedo: aut igitur quod falsa et impertinens aut quia repugnans: dico quod nec sic nec sic. quia repugnat utrumque istorum. Et si queritur quare negas eam. Dico quod non quolibet

questio est certificanda iuxta doctrinam quarte conclusionis sed post tempus obligationis dicam causam. quare quia repugnavit vni concessio videlicet illi tu curris. Et si arguitur contra. responsiones istas probando quod tu concedis contradictoria nam cedat tempus obligationis et propono tu concedenti duo contradictoria videlicet tu curris est ate concedendum et tu non curris ate concedendum. Dico quod iste non sunt contradictoria sed propositiones affirmative possibiles. quare etc. Quarto arguitur sic. et pono quod ista copulativa sit tibi posita obligata aliquid sequitur exposito et nullum sequens exposito est concedendum: casus est possibilis. Nam ista copulativa est possibilis aliquid sequitur exposito et nullum sequens exposito est concedendum igitur potest esse posita obligata. admisso igitur casu propono tibi aliquid sequitur exposito: concedenda est. quod sequens. Deinde propono tibi istam nullum sequens exposito est concedendum: concedenda est similiter propter eandem causam. Deinde propono tibi non omne sequens exposito est concedendum vel concedis vel negas. si concedis habeo intentum: si neges contra tu negas sequens ex concessio vel concessis igitur male. Respondet admittendo positum et cum proponitur aliquid sequitur exposito concedendo illam: non quod sequens sed quod vera et impertinens. Deinde cum proponitur nullum sequens exposito est concedendum: negatur quod falsam et impertinens: immo nego istam copulativam aliquid sequitur exposito et nullum sequens exposito est a te concedendum: quod est falsa et non sequens. quia non sequitur ista copulativa est tibi posita obligata aliquid sequitur exposito et nullum sequens exposito est concedendum igitur aliquid sequitur exposito et nullum sequens exposito est concedendum. Et si arguitur contra. ista copulativa est posita obligata igitur concedenda: concedit conclusio. repugnat enim quod sit neganda: tamen quotienscumque proponitur eas nego quod falsa et impertinens. Et si arguitur ista est a te concedenda et tu negas eam igitur male respondes. concedo consequentiam et nego antecedens: quod est copulativa falsa et impertinens. et si queris pro qua parte. dico quod pro secunda parte. quod repugnat concessio et opposito bene negati. sequitur enim ista non est a te concedenda vel tu negas eam sed ista est a te concedenda igitur tu non negas eam. ubi bene advertas quod feci duas negationes prima dirigebatur ad totam copulativam: secunda ad istam categoricam tu negas eam. et hoc dico propter aliquos qui dicunt quod non est ibi una negatio et expectant quod proponantur partes ac si quilibet primo loco proposita esset neganda quod non est verum. Ex quo concessa est una pars copulativae et negatur ista copulativa: tamen bene respondes ne neget istam partem antequam neget istam copulativam: quia tunc negaret verum et impertinens et per consequens male responderet. Quinto contra regulam arguitur sic. et pono tibi illam. a. est aliqua proposita posita obligata et sit. a. ista nulla propositio est tibi posita: qua admisso propono tibi istam aliqua propositio est tibi obligata que sit. b. vel igitur concedis vel negas. si negas: contra tu negas sequens exposito igitur male: antecedens patet. Nam sequitur. a. est tibi posita obligata ergo aliqua propositio est tibi posita obligata: si concedis. arguo sic. b. non est a te concedendum cum sit obligatum per casum igitur. b. est a te negandum. Ad istud argumentum respondet ut prius admittendo positum et cum proponitur. b. concedo tanquam sequens et nego. a. Non enim sequitur. a. est aliqua propositio tibi posita igitur nulla propositio est tibi posita. a. ergo quia est falsum non sequens debet negari quoad hoc proponitur. Et cum dicitur. a. est obligatum positum igitur. a. est concedendum concedo consequentiam et consequens: et nego quod. a. sit a me negandum: propterea concessio quod. b. sit oppositum. a. propositum. b. concedo ipsam et nego ipsam esse concedendum: quia tunc duo contradictoria essent concedenda. Et si arguitur sic. a. est repugnans ergo negandum concedo consequentiam et nego antecedens. quod licet in rei veritate ita sit quod. a. est repugnans non tamen habeo concedere quod sit repugnans. quia oppositum sequitur sic arguendo. a. est conce-

dendum igitur non est repugnans. Ad modo consummi est respondendum ad illam conclusionem obligatam pono tibi istam: nihil est tibi positum et admittum: quo admisso conceditur illa aliquid est tibi positum et negatur illa nihil est positum: quia repugnans. Et si proponitur nihil est tibi positum est ate concedendum: concedo. Deinde si proponitur illa sunt contradictoria aliquid est tibi positum et nihil est tibi positum concedo. quia verum et impertinens. Uterius si proponitur illa nihil est tibi positum est ate concedenda: nego quod repugnans duobus processibus. Si tamen in principio proponeretur hec aliquid est tibi positum est ate concedenda. Et posterius illa hec sunt contradictoria concederem primum et negarem secundum tanquam repugnans ut dictum est. Sexto contra regulam arguitur sic. et pono tibi illam tu negas simpliciter necessarium qua posita et admissa propono tibi istam tu male respondes. si negas. contra tu negas sequens exposito ergo male: si concedis arguo quod illud non est concedendum et illud est sequens exposito obligato. igitur etc. consequentia patet cum minori et maiore propono. Nam tu concedis sequens exposito igitur bene respondes. et per consequens tu non male respondes quod est oppositum illius concessio et sequentis exposito. Ad hoc sollet responderi admittendo positum et negando illam tu bene respondes et concedendo illam tu male respondes tanquam sequens exposito. Et ad argumentum tu concedis sequens exposito igitur bene respondes: negatur antecedens. quia repugnat. sequitur enim ut dicitur: tu male respondes igitur non concedis sequens exposito et ita negatur quelibet propositio ex qua inferitur bene respondere. Ad hoc responso videtur mihi vera quia non sequitur. tu male respondes igitur tu non bene respondes: ita quod ista stant simul tu bene respondes et tu male respondes. Et facio hanc consequentiam: tu concedis necessarium et negas necessarium igitur bene respondes et male respondes. consequentia est bona et antecedens est possibile igitur et consequens. Item non videtur mihi quod illa consequentia sit bona: tu male respondes igitur tu non concedis sequens exposito. quod oppositum consequentis stat cum antecedente: probatur et pono quod. a. et b. sequatur ex tibi posito obligato et quod tu concedas. a. et neges. b. quo posito patet quod tu male respondes et tamen concedis sequens exposito obligato. Ideo aliter respondetur admittendo casum. et cum proponitur tu male respondes. concedo. Deinde tu concedis sequens exposito obligato concedo. quia verum et impertinens. Deinde tu bene respondes concedo. quia sequens Deinde cum arguitur tu male respondes igitur non bene respondes nego consequentiam. Sed forte arguitur sic. tu male respondes et non respondes nisi ad unum igitur tu non bene respondes: nego minorem tanquam repugnantem. sequitur enim tu male respondes et bene respondes igitur ad plura respondes et ad unum. Item si in principio post concessione illius tu male respondes proponatur illa tu non respondes nisi ad unum: conceditur quod verum et impertinens. Deinde tu bene respondes: negetur quia repugnans duobus concessis. sequitur enim tu male respondes et tu non respondes nisi ad unum igitur tu non bene respondes. Et si arguitur contra. tu concedis sequens exposito obligato aut verum impertinens igitur bene respondes: negatur antecedens pro qualibet parte etc. quia repugnat opposito illius negati tu bene respondes ut satis liquet. Septimo arguitur sic. et pono tibi istam. tu concedis istam homo est asinus quo admisso propono tibi istam tu concedis impossibile: et arguo sic. illa sequitur exposito obligato et non concedenda est igitur oppositum regule. consequentia tenet cum maiori. quia sequitur tu concedis istam homo est asinus igitur tu concedis impossibile sed quod non sit ate concedenda probatur. quia est falsa et non sequens igitur neganda: prima pars patet et secundam propono. quod non sequitur tu concedis istam homo est asinus igitur tu concedis impossibile: quod stat quod dum concedis eam ipsa sit necessaria et ad unam aliam respondeas. Ideo respondetur admittendo positum et negando

istam tu concedis impossibile: quia falsa est et impertinens. et ad argumentum nego consequentiam: sed oportet addere in minoribus quod ista homo est asinus sit impossibilis quod si addit negatur tanquam repugnans etc.



Carta regula fuit ista. omne posito obligato repugnans scitum esse tale in tempore obligationis est negandum. Contra istam regulam arguitur sic. et pono tibi istas nihil est tibi positum qua admissa: propono tibi istam aliquid est tibi positum. si concedis et bene respondes igitur intentum. quod repugnat posito obligato scitum esse tale est concedendum. si negas contra ego posui tibi istam nihil est tibi positum et ista nihil est tibi positum est aliquid igitur aliquid est tibi positum. Confirmatur hoc idem tripliciter et primo sic. pono tibi istas tu nihil admittis qua admissa quia est possibilis: propono tibi istas aliquid admittis: si concedis: concedis repugnans posito obligato et bene respondes igitur intentum: si negas: contra tu admittis istam et ista est aliquid ergo aliquid admittis: nec etiam habes dubitare ut patet. Confirmatur secundo sic. pono tibi illam tu non es qua admissa quia possibilis propono tibi istam tu admittis aliquid. Si negas vel dubitas contra ego posui tibi illam tu non es et tu admittis eam et ipsa est aliquid igitur aliquid admittis. Si concedis propono tibi istas tu es: si concedis et bene respondes habes intentum. si negas tu negas sequens ex concessio igitur male. antecedens probat. istas sequitur tu admittis illam tu non es igitur tu non es. Confirmatur tertio sic. et pono tibi illam tu non es obligatus. qua admissa propono tibi illam tu es obligatus. Si concedis habes propositum. Si negas: contra ego posui tibi istam tu non es obligatus et tu admittisti eam igitur tu es obligatus. Ad hec omnia multe solent dari responsiones. Prima non admittit aliquam propositionem factam propter repugnantiam positi ad positionem vel admissionem. dicit enim quod in prima positione positum repugnat positioni: in secunda repugnat admissioni. in tertia et in quarta repugnat et admissioni tanquam simul quod diuisim. Hec responsio est fuga miserorum sicut quod ostendit conclusio et non mirum quod nesciat quid sit obligatio: quid obligatum: ad quod obligatio obliget quis enim sciens nam obligatio nis diceret ipsam obligare ad concedendum positionem vel admissionem nisi inquam positio vel admissio esset obligatum: quare etc. Secunda responsio admittit quamlibet illarum positionum. Et tunc ad primam cum proponitur aliquid est tibi positum negant: et cum dicitur posui tibi illam nihil est tibi positum et ipsa est aliquid igitur aliquid est tibi positum concedit consequentiam et maiorem sed negatur minor: dicens quod nulla propositio est aliquid. Hec responsio in hoc quod negat minores est miserio: fuga: quod prima. quia in arte disputatoria sumit si aliquid communiter pro quolibet quod habet aliqualem unionem: siue proprie dictam siue in proprie dictam quemadmodum est unio aggregationis. Item in hoc quod concedit maiores concedit repugnans opposito bene negati igitur male. Tertia responsio admittit hec omnia et semper concedit oppositum positi. videlicet aliquid est tibi positum: tu es obligatus et homo. et cum dicitur tu concedis duo contradictoria negat et ita putans consequenter respondere negat illa esse contradictoria. Hec responsio leuiter decipitur in hoc nam cedit tempus obligationis et arguo quod concessisti duo contradictoria. videlicet aliquid est tibi positum et nihil est tibi positum. et per consequens male respondebas. Item cum proponitur tibi ista sunt contradictoria et negasti tu negasti verum non repugnans ut patet. igitur etc. Ideo est aliter respondendum ad principale admittere positum et cum proponitur aliquid est tibi positum nego eam. Et tunc ad argumentum ego posui tibi illam: nihil est tibi positum igitur aliquid est tibi positum: nego antecedens tanquam repugnans posito obligato. non enim stant illa simul nihil est tibi positum et posui tibi illam nihil est tibi positum. Et si arguitur sic. positio repugnat tibi posito igitur aliquid est tibi positum

nego antecedens tanquam repugnans: contra. tu negas istam aliquid est tibi positum et istam similiter. posui tibi illam nihil est tibi positum et non nisi quia repugnans. dicitur concessa prima parte nego secundam antecedentis. et si queritur causa: quare ego nego. hanc questionem nolo determinare quousque ab hac obligatione non fuero deliberatus. Ad primam confirmationem patet responsio admittendo positum et concedendo ipsum: et cum proponitur eius oppositum aut aliquod antecedens ad eius oppositum semper: negatur et si queritur causa. non detur alia nisi quia placet inibi. Ad secundam confirmationem admissio causa concedo istam tu non es. et nego istam tu es: et nego quod aliquid admittatur. aut aliquid concedam vel negem vel dubitem: aut quod respondeam bene vel male: quia hec omnia antecedunt ad oppositum positi obligati. Ad tertiam confirmationem admissio casu nego quod sim obligatus. et cum dicitur posui tibi illam tu non es obligatus et eam admittisti igitur tu es obligatus. ad bonum intellectum negatur antecedens quia repugnans sicut dictum est. Et nec tanter dicitur ad bonum intellectum quia iuxta superius dicta non valet argumentum. quia non semper ex qualibet positione et admissione sequitur obligatio: ideo deberet in antecedente addi illa particula sine conditione impediens obligationem: que autem sit illa conditio patet in primo articulo.

Secundo contra regulam arguitur sic. et pono tibi illas copulatiuas tu es rome et omne repugnans huic propositioni tu es rome est concedendum deinde propono ita copulatiua est posita obligata. vera et impertinens igitur concedenda. Deinde utraque pars copulatiue est posita: sequens igitur neganda. Deinde tu es rome est altera pars copulatiue: vera et impertinens igitur concedenda. quibus concessis arguitur sic. tu es rome est positum obligatum et omne repugnans huic propositioni tu es rome est concedendum. et per consequens non oportet repugnans est negandum. Ad istud respondetur admittendo positum et conceditur quod ista copulatiua est posita obligata: deinde cum proponitur utraque pars copulatiue est posita obligata: nego quia falsam et impertinens. Unde dico quod sola ista copulatiua est posita obligata et nulla eius pars. non obstante quod quilibet sit sequens ex posito obligato. unde si ponerem istam tu es rome. hec tu es rome esset posita et admissa et esset obligata et non ista tu es: licet sit sequens. ubi tamen placeret opponenti. quod quousque poneretur copulatiua poneretur utraque eius pars et ita obligaretur que libet illarum: esset aliter respondendum conceditur ergo totum quousque proponitur tu es rome est altera pars huius copulatiue que neganda est quia repugnans. sequitur enim utraque pars copulatiue est posita obligata sed omne repugnans huic tu es rome est concedendum igitur hec tu es rome non est altera pars eius copulatiue. Tertio contra eandem regulam arguitur sic. et pono tibi illas omnis homo est rome qua posita et admissa propono tibi. hec homo non est rome est a te concedenda. Si negas vel dubitas. contra tu negas vel dubitas verum et impertinens scitum esse tale igitur male. antecedens patet. nam quod sit verum manifestum est quod sit impertinens probatur. quia non sequitur nec repugnat. si antea conceditur arguitur sic. homo non est rome est a te concedendum sed homo non est rome est repugnans posito obligato ergo aliquid repugnans posito obligato est a te concedendum. et per consequens non omne repugnans est negandum. Respondetur admittendo positum et concedendo illam homo non est rome est a te concedendum. Et tunc ad argumentum nego minorem tanquam repugnantem. sequitur enim homo non est rome est a te concedendum igitur homo non est rome non est repugnans posito obligato. Quarto contra regulam arguitur sic. et pono tibi illam nihil est repugnans posito quo posito et admissio propono tibi istam aliquid est repugnans posito si concedis et bene respondes igitur intentum: si negas contra illa est vera et impertinens igitur concedenda: quod sit vera patet. sed quod sit impertinens probatur. patet. patet.

nihil est repugnans posito et ipsa est igitur est impertinens.
Respondetur admittendo positum et nego quod illa sit impertinens. Et ad argumentum nego consequentiam. scilicet. n. quod sit sequens ex posito ideo si proponitur ipsa est sequens ex posito concedit tanquam sequens. sequitur. n. nihil est repugnans posito et ipsa est vera et non impertinens igitur est sequens: et si concluditur igitur est concedenda: concedit proha et consequens: nunquam tamen concedatur ipsam mihi proponitur. **I**tem si post negationem illius aliquid est repugnans posito proponeretur ista copulativa hec est vera et non repugnans posito: nego eam quod falsa et impertinens. **E**t si queritur pro qua parte dicitur quod pro prima: quod oppositum sequitur ex vno concessio et opposito bene negati: sequitur. n. illa non est vera nihil est repugnans posito sed non est repugnans posito per positum igitur ipsa non est vera. **I**tem si post negationem illius aliquid est repugnans posito non proponeret aliqua copulativa sed solum partes diuisim et primo copulativa: hec est vera: concedendum: quod verum non repugnans: deinde: ipsa non est repugnans iterum concedit quod sequens ex posito obligato. **U**ltimo ista est a te concedenda concedit tanquam sequens ex hijs ultimo concessis. quare etc. **Q**uinto contra regulam arguitur sic. sit rei veritas quod tu sis albus. et pono tibi illam tu es niger que precise maneat tibi posita donec proponatur aliquid a te negandum et non ultra sis obligatus ad istam: qua posita et admissa propono tibi istam tu es albus. si concedis et bene respondes igitur intentum. proha. nam ista repugnat posito. ut proha et adhuc manet tempus obligationis quod probatur sic. Nam tempus obligationis durat per casum donec proponatur aliquid negandum a te sed adhuc non proponebat aliquid negandum a te igitur adhuc tempus obligationis durat. Si negatur ideo cum primo proponitur illa tu es albus. contra tu negas verum non obligatus igitur male respondes: proha et antecedens probatur. Nam obligatio non durat nisi donec proponatur aliquid negandum a te sed cum cito proponebatur ista tu es albus? proponebat aliquid a te negandum: quod aliter non negasses illam vel saltem male respondisses negando quod non fuit a te negandum igitur cum proponebat tibi ista tu es albus tu non eras obligatus ad eandem nec tu eras ad aliquid aliud obligatus ut suppono: igitur tunc non eras obligatus quod fuit probandum. **R**espondetur admittendo casum. et cum proponitur illa tu es albus concedo eam et nego quod sis obligatus: et cum dicitur non proponebat aliquid negandum a te: nego imo dico quod ista tu es albus cum proponebat mihi fuit neganda vel saltem dum fuit in proponere. **E**t si arguitur. ista tunc fuit neganda a te et concessisti istam igitur concessisti negandum a te igitur male respondes. de primo negando prima proha: sicut non sequitur: vidisti istum et iste fuit episcopus igitur vidisti episcopum: sed bene sequitur quod episcopum vidisti: ita in proposito non sequitur quod concessisti: si a te negandum: sed quod a te negandum concessisti. **S**ecundo dicitur negando secunda proha: quod licet concesseris negandum a me tamen illud non erat negandum a me pro tempore adequato vel instanti quo concessisti illud sed pro tempore ante responsionem meam. **S**exto arguitur sic. et pono tibi illam tu non es obligatus: qua admissa cedat tempus obligationis: si non admittis sequitur quod eternam eris obligatus. quod non videtur quod re plus semel sit admittendum et non semper: si admittis: admittis repugnans posito si omne admittendum est concedendum igitur repugnans posito est concedendum. proha proha cum minore et maiorem proba. Nam sequitur tu non es obligatus igitur non cedat tempus obligationis. Dicitur quod sicut licet pono est signum obligationis ita licet cedat est signum obligationis. quare cum dicitur cedat tempus admitto et nego quod admitto repugnat posito obligato: quod iam non sum obligatus: nec sequitur tu non es obligatus igitur non cedat tempus obligationis. vnde in fine admissionis de obligatione cedat tempus obligationis et tunc non sum obligatus. **S**eptimo arguitur sic. et pono quod quodcumque istorum dicatorum rex sedet et nullus rex sedet tibi primo proponitur sit tibi positum et admissum. Isti posito et admissio arguitur sic. vtriusque istorum si primo loco proponitur est a te concedendum et alterum istorum est repugnans posito igitur repugnans posito est a te concedendum: consequentia patet

cum maior et minor proba. Nam vtriusque istorum si primo loco proponitur est repugnans alteri sed alterum istorum primo loco proponitur igitur alterum istorum est repugnans posito. **R**espondetur admittendo positum primo quod est quedam suppositio et positio simul ad futurum positum. **A**d argumentum igitur concedo proha et nego minores. vnde quod alterum istorum est repugnans posito. Nam nullum istorum est propositum ut proha quomodo ergo aliquid istorum est repugnans posito: ex quo proha quod altera minor est falsa. vnde. alterum istorum primo loco proponitur: si tamen post admissionem proponeretur ista rex sedet concederem istam sustinendo ipsam esse positam et alteram. vnde. nullus rex sedet negarem tanquam repugnantem. Et si negatiua primo loco proponeretur dicerem ipsam esse positam et concederem alteram vero affirmatiuam assererem esse repugnantem et negandam. **E**t si arguitur primo proposita ista rex sedet. isto modo. hec nullus rex sedet si primo proponeretur esset concedenda sed hec est repugnans posito obligato igitur repugnans posito obligato esset concedendum: non vnde argumentum: sed de concluditur igitur repugnans posito si primo loco proponeretur esset concedendum et hoc est verum. et si ex hoc concluditur quod si primo loco proponeretur repugnans posito illud esset concedendum non valet argumentum. arguitur. n. a propositione de conditionato extremo ad propositionem conditionalem. vnde non sequitur album si esset et animal igitur si album esset et animal. proha est falsum. ut proha et antecedens proba: nam hoc si esset et animal demonstrato antepo et hoc est album vel potest esse album. igitur etc. et sic non procedit. **O**ctavo arguitur sic. et pono tibi illam nulla propositio est tibi dubia: quo posito et admissio pono illam rex sedet: si respondes aliter quam dubitando cedat tempus et propono quod concessisti vel negasti tibi dubium non sequens nec repugnans obligato igitur male. Si dubitas. propono tibi hec est tibi dubia. Si conceditur et bene respondes igitur intentum: proha proha. Nam sequitur hec est tibi dubia igitur aliqua propositio est tibi dubia quod est oppositum positi: si negas: contra affirmatum fuit tibi dubia et ex casu non sequitur istam esse concedendam nec negandam igitur adhuc est tibi dubia proba consequentia. quia si illa non foret tibi dubia ipsa esset a te concedenda vel neganda sed nullum istorum sequitur ex casu. igitur etc. **R**espondetur admittendo positum et cum proponitur rex sedet: dubito istam: et nego quod ista sit mihi dubia tanquam repugnans. Et tunc ad argumentum nego consequentiam: sicut non sequitur ante casum concessisti istam tu curris et ex casu non sequitur ipsam esse concedendam nec negandam igitur adhuc concedis eam. dato quod poneretur suum oppositum tu non curris patet quod consequentia non valet. verum tamen concedo quod ista rex sedet est a me dubitanda. Et si arguitur sic. ista est a te dubitanda et est impertinens igitur est tibi dubia nego minores tanquam repugnantem. sequitur enim illa est a te dubitanda et non est tibi dubia igitur non est impertinens. sed si poneretur quod nulla propositio esset a te dubitanda: qua admissa proponeretur illa rex sedet: qua concessa: arguitur sic. illa est tibi dubia et impertinens igitur dubitanda: nego antecedens: et si dicitur pro qua parte proponatur partes et prima concessa quecumque sit illa secunda negatur. quod repugnat vni concessio et opposito bene negati. Et hoc vniuersaliter sustineatur quando copulativa est impertinens cuius quilibet pars est contingens et nulla necessaria est: intelligendo de necessario simpliciter. Notanter dico cuius quilibet pars est contingens: quia si vna esset necessaria et alia contingens negata copulativa contingens debet vocari et non necessaria: dico etiam notanter cuius nulla pars est contingens: quia si vna pars esset concessa non oportet expectare quod proponerent: sicut alias dixi sed statim negare aliam non concessam. verbi gratia. si in isto casu statim post positum proponatur hec est tibi dubia rex sedet: concedatur. quia verum et impertinens. Deinde si argueretur sic hec est tibi dubia et impertinens ergo dubitanda. concedo consequentiam: et nego antecedens: pro qua parte: pro secunda parte: quod repugnat sicut est ostensum: et in sequentibus melius ostendetur.

Altera regula. v3. quinta in ordine fuit ista oē sequens exposito obligato et bene concessio vel bene concessis scilicet esse tale infra tempus obligationis est ab eodem concedendum. **C**ontra istam regulam multipliciter arguitur et primo sic. et pono tibi istam deus est et homo est asinus convertuntur. quo posito et admissio quod possibile propono tibi istam: deus est si respondes aliter quam concedo sequitur quod negas vel dubitas necessarium simpliciter scilicet a te esse tale: igitur male. Si concedis propono tibi istam homo est asinus: si concedis vel dubitas: contra concedis vel dubitas impossibile per se scilicet esse tale igitur male. Si negas sicut neganda est arguitur sic. hec propositio homo est asinus est a te neganda et sequitur exposito et concessio igitur aliquid sequens exposito et concessio est a te negandum. et per consequens non oē sequens est concedendum: nisi principale probatur. Nam sequitur deus est et homo est asinus convertuntur sed deus est igitur homo est asinus? per consequentiam a simili quod bene sequitur homo currit et risibile currit convertuntur sed homo currit igitur risibile currit. **C**ontra istam regulam multis sophisticatibus que hanc non solvunt sed augent admittere casum et cum proponit deus est concedo dei deus homo est asinus nego. Et tunc ad arguitur. illa est a te neganda. concedo. quod verum et impertinens: et est sequens ex vno concessio: nego istam propositam: deus est et homo est asinus convertuntur sed deus est igitur homo est asinus. et tunc ad similitudinem concedo secundam et non primam: cum autem dicam ex tempore obligationis. si ergo cedat tempus obligationis. dico quod infra tempus ille non convertentur deus est et homo est asinus non obstante quod sic posuerim sed ille de facto convertentur homo currit et risibile currit propterea vna propositio erat bona et alia non. **C**ontra istam responsionem pono casum de novo: quo admissio propono ut prius deus est: quia concessio propono homo est asinus: si negas arguitur sic multipliciter. deus est et homo est asinus convertuntur sed prima est a te concedenda igitur et secunda. **S**ecundo arguitur sic. et facio tibi istam consequentiam deus est ergo homo est asinus. hec consequentia est bona et nisi est concedendum a te igitur et propositio: quod autem ista consequentia sit bona probatur. quod deus est et homo est asinus convertuntur per casum. **T**ertio necessarium simpliciter est concedendum sed illa homo est asinus est necessarium simpliciter igitur ipsa est concedenda maior probatur. Nam omne sequens exposito obligato est concedendum sed omne necessarium est sequens ex quolibet posito obligato quod necessarium simpliciter sequitur a quolibet. igitur et cetera. **Q**uarto arguitur sic. negando illam homo est asinus: tu negas verum et impertinens igitur male respondes. propositio per se antecedens probatur. quod illa sit vera. quod convertitur cum vero: sed quod sit impertinens probatur. quod non sequitur nec repugnat: quod non sequatur concessio est: quod non sequitur deus est et homo est asinus convertuntur: sed deus est igitur homo est asinus: sed quod non sit repugnans probo: quod convertitur cum vno concessio et concedendo igitur non est repugnans. **Q**uinto arguitur sic. cedat tempus obligationis et arguitur sic. infra tempus hec consequentia fuit bona deus est igitur homo est asinus et concessio antecedens et negasti consequens igitur male: quod autem illa consequentia fuit bona per se. quod ille propositiones ad invicem convertentur ut posuit casus. **S**exto arguitur sic. negando istam homo est asinus tu negas sequens ex vno concessio igitur male respondes. propositio tenet et antecedens probatur. Nam ipsa sequitur ex illa deus est cum ad invicem convertentur. igitur et cetera. **A**d hec respondetur ad primum dico sicut prius semper negando illam homo est asinus. Et ad argumentum ille convertuntur et prima est a te concedenda igitur et secunda. **I**dem dicit vna responsio quod non valz argumentum. sed bene sequitur ille due convertuntur et prima est concedenda a te et vera igitur et secunda. **C**ontra istam rationem arguitur sic. sequitur ille convertuntur igitur ex hijs propositio est bona igitur est necessaria simpliciter: sed omne necessarium simpliciter est concedendum ut nunc probant in deductione tertij argumenti. igitur ista consequentia est a te concedenda et antecedens est concedendum a te igitur et consequens. quare si ille due convertuntur et vna est conce-

denda a te altera similis. **I**deo dico concedendo consequentiam et negando antecedens: istam copulativam. v3. ille convertuntur et prima est concedenda a te. quia est vna copulativa falsa et impertinens. Et si queritur pro qua parte dico pro secunda parte: quod repugnat vni concessio et opposito bene negati. Sequitur enim ille due convertuntur vel prima non est concedenda: sed ille convertuntur per positum concessum igitur prima non est a te concedenda. **C**ontra istam responsio non debet opponere tem perstrasse quod dicat opponens cedat ipsi et iterum faciat eandem obligationem et immediate post negationem illius homo est asinus arguitur continue cathogorice et non hypothetice v3. propono tibi istam ille convertuntur concedenda est. quod positum: deinde propono tibi: ista deus est est concedenda conceditur quod verum et impertinens: deinde propono tibi: ista est concedenda homo est asinus: si negas vel dubitas male respondes: quod negas vel dubitas sequens exposito et vno concessio: sequitur. n. ille due convertuntur et prima est a te concedenda igitur et secunda. **C**onceditur brevis quod illa homo est asinus est a me concedenda: nolo tamen concedere ipsam mihi propositam. Et si arguat ista est a te concedenda et tu negas eam igitur male respondes: negatur copulativa ut prius quod falsa et impertinens. Et si dicitur pro qua parte dicitur pro secunda parte. quod repugnat vni concessio et opposito bene negati. Si tamen arguitur cathogorice: concedo quod male respondes non tanquam verum sed tanquam sequens ex duobus concessis. **S**ecunda ratio soluitur per ea que sunt dicta in prima cum dicitur illa consequentia est bona et antecedens est concedendum a te igitur et propositio. negas illa copulativa que est antecedens: si non arguatur cathogorice precise concedo quod propositio est a me concedenda. et sic ultra propter ut prima. **A**d tertium eodem modo dicitur negando antecedens ut prius: et si dicitur pro qua parte dicitur pro secunda: ulterius si queritur an illa sit falsa homo est asinus conceditur tanquam verum et impertinens: deinde ista est falsa deus est conceditur tanquam sequens. **A**d quartum nego quod illa homo est asinus sit vera et cum dicitur convertitur cum vero nego: contra: convertitur cum ista deus est et ipsa est vera: nego tanquam repugnans. Item nego quod sit impertinens: et si proponitur ipsa est sequens: negas intelligendo sequelas eodem modo quo regule loquuntur. et si proponitur ipsa est repugnans: concedo quod per se impossibile: et ita propter est dicendum de illa deus est. quare et cetera. **A**d quintum cum dicitur cedat tempus obligationis admittere et nego quod infra tempus illa consequentia fuit bona: imo nihil valet: nec etiam ille due convertentur: et si dicitur quare ergo huiusmodi concessisti: dico quod concessi propter positionem factam. **A**d sextum cum dicitur negando illam tu es asinus: tu negas sequens ex vno concessio ergo male respondes: concedo propositam et consequens: nec hoc est inconueniens infra tempus dummodo sequatur. **P**otest igitur pro maiori euidencia sic procedi in obligatione ista propono tibi deus est et homo est asinus convertuntur admittere: propono tibi deus est concedo propono tibi homo est asinus: nego: propono tibi hec est vera deus est: concedo: propono tibi hec est vera homo est asinus: concedo: propono tibi hec est a te concedenda deus est: concedo: tu negas eam concedo: tu male respondes. concedo. **I**tem posset ordo mutari. nam statim postpositum propono hec est vera homo est asinus: nego quod falsum et impertinens: propono hec est vera deus est. nego quod repugnans posito et opposito bene negati. propono hec est a te concedenda homo est asinus: nego: quia falsum et impertinens. hec est a te concedenda deus est nego: quia repugnans ut prius: tunc sic. hec non est a te concedenda deus est: concedo: et tu negas eam: concedo: ergo male respondes. **S**ed forte arguitur. quod hec est vera deus est in hoc secundo ordine. Nam deum esse est verum et hec propositio significat adequate deum esse igitur ipsa est vera: nego in maiorem tanquam repugnans. sequitur enim ipsa non est vera et deum esse est verum igitur ipsa non significat adequate deum esse. Et ita dicatur de illa homo est asinus suo modo. quare et cetera. **S**ecundo arguitur contra eandem regulam sic. et pono tibi istam omnis homo currit: quia posita et admissa propono tibi illam tu es homo: concedenda quod vera et imperunens:

deinde propono tibi. hec tu curris est a te concedenda. Si concedis contra tu concedis falsum non sequens igitur male. antecedens pro nam quod illa sit falsa pro. et quod non sequitur probatur. quod non sequitur. omnis homo currit tu es homo igitur hec tu curris est a te concedenda. Si autem negatur arguitur sic. hec tu curris non est a te concedenda et ipsa est sequens exposito et concessio igitur non omne sequens exposito obligato et concessio est a te concedendum. prima pro cum maiori et minore. probo. quod bene sequitur in tertio prime. et in omni homo currit tu es homo igitur tu curris. Respondet admittendo positum et concedendo istam tu es homo et illa similiter si proponeretur tu curris. primam quod impertinens. sed pro sequens est. tunc ultra quam ponitur hec tu curris est a te concedenda: nego. quod falsum et impertinens. tunc ad arguendum nego minore tanquam repugnantem opposito bene negatur. sequitur. n. illa non est a te concedenda igitur non sequitur exposito et concessio. Item si immediate post concessionem illius tu es homo: fuisset pro: hec tu curris sequitur exposito et concessio: concessisset illam tanquam veram et impertinentem. et propter concessisset quod illa tu curris est a me concedenda tanquam sequens. Sequitur. n. tu curris sequitur exposito et concessio igitur est concedenda. Sed forte in priori ordine arguitur sic. faciendo primam hanc. Si homo currit tu es homo igitur tu curris. prima est bona et antecedens est concedendum a te igitur et prima. dico negando ante collectivam sumptum. Et si post hanc negationem dicatur pro quod parte: dico quod pro secunda. v. quod illa prima sit bona. quod repugnat eo modo quo pluries dictum est. Si tamen antecedens mihi precise cathogone et diuisim partibiliter proponatur. concedo primam et prima. v. quod consequens illius prime est a me concedendum. Sed tunc arguitur sic. prima illius prime est a te concedendum sed prima illius consequente est hec tu curris igitur hec tu curris est a te concedenda quod inuit negatum. dicitur negando minorem tanquam repugnantem vni concessio et opposito bene negatur. sequitur. n. tu curris non est a te concedenda et consequens illius consequente est a te concedendum igitur hec tu curris non est prima illius consequente. Et si dicitur quod est prima illius consequente nolo hanc questionem determinare. et si dicitur dat ipsa: admitto: quod fuit prima illius consequente: dico quod ista tu curris. et quare non sic dixisti in tempore obligationis quia ipsam: tunc etiam prima illius repugnat ut dictum est. Tertio contra regulam arguitur sic. et pono tibi illam: quicunque profertur propositio vltis omne currens est asinus: et quicunque profertur propositio singularis: tu sis currens. Iste propositio et admissio propono tibi illam omne currens est asinus: si negatur contra quicunque profertur propositio vniuersalis omne currens est asinus sed nunc profertur illa propositio vltis igitur omne currens est asinus. si ergo conceditur propono tibi istam tu es currens si negatur contra. quicunque profertur propositio singularis tu es currens sed nunc proponitur illa singularis igitur tu es currens. si ergo conceditur propono tibi istam homo est asinus. si concedis eam tu concedis per se impossibile ergo male. si negas eam et bene respondes igitur est a te neganda et est sequens ex duobus concessis ex adiutorio positi igitur non omne sequens exposito et concessio vel concessis est concedendum. antecedens pro. quod bene sequitur omne currens est asinus tu es currens igitur tu es asinus. Dicitur quod casus de virtute sermonis est impossibilis. Nam ex prima parte sequitur quod omne currens est asinus et ex secunda sequitur quod tu sis currens ex quibus sequitur quod tu sis asinus. vbi bene sequitur quicunque tu curris tu disputas igitur tu curris et disputas. Tamen ad bonum intellectum admittitur casus. ita quod si profertur idem significet sicut si profertur de futuro et tunc est proponitur omne currens est asinus: nego quod falsum non sequens. Et tunc ad arguendum nego minorem tanquam repugnantem. Sequitur. n. quicunque docuit profertur propositio vniuersalis omne currens est asinus sed nunc non omne currens est asinus igitur nunc non profertur propositio vniuersalis. Et ita dicatur ad istam tu es currens: negando ipsam ut prius. et si arguitur ut prius negando quod ista sit aliqua singularis. plata quod repugnat. Veritatem posset variari casus ita quod statim post admissionem proponatur ista hic omne currens est et. vniuersalis plata: conceditur quod

verum et impertinens. Deinde omne currens est asinus: conceditur tanquam sequens. Deinde si proponitur hec est singularis plata tu es currens: negatur tanquam repugnans. sequitur enim tu non es asinus et omne currens est asinus igitur tu non es currens: et ultra igitur non profertur aliqua propositio singularis. Contra hoc arguitur sic. ista est propositio cathogorica ergo vniuersalis particularis indefinita vel singularis: sed non vniuersalis nec particularis nec indefinita ut pro quod non est maior ratio de vna quam de alia igitur est singularis: negatur minor: supposito gratia disputatio quod omnis cathogorica sit alicuius quantitas. Et si dicitur pro qua parte: proponatur partes. et videbitur: propono ergo illa non est vltis. concedo. quod vera et impertinens: propono illa non est particularis. concedo pro idem. vltimo illa non est indefinita: nego quod repugnans. sequitur. n. ista tu es currens est vniuersalis particularis indefinita vel singularis sed non est vltis nec particularis nec singularis igitur est indefinita. Et ita propter dicatur si aliquis alius discursus fiat huic similis vel equalis. Quarto contra regulam arguitur sic. et pono tibi istam omnis homo est rome. qua admissa propono hec propositio est impertinens. tu es rome. concedenda est. Nam ista tu es rome non sequitur nec repugnat ut pro igitur est impertinens. deinde propono tu es homo: hec concedenda est quod vera et impertinens. qua concessa: proponitur illa tu es rome. si negas eam bene respondendo habeo intentum. quod non omne sequens exposito et concessio vel concessis est concedendum. sequitur. n. omnis homo est rome tu es homo igitur tu es rome si concedis eam: contra ipsa est impertinens igitur non sequens et est falsa igitur neganda. quare et. Ista ratione volunt aliqui probare quod idem est concedendum et negandum infra tempus obligationis. pro de tali tu es rome est impertinens que de concedi proposita immediate post positum et de negari post concessionem illi tu es homo. Ad istam obligationem solet talis enunciari ratio. quod enim ponitur omnis homo est rome: admittitur et quod proponitur hec est impertinens tu es rome: conceditur. et ulterius cum proponitur tu es homo. similiter conceditur cum sit vera et impertinens. et ulterius quando proponitur hec tu es rome: conceditur. et etiam quod est impertinens: et cum arguitur ipsa est impertinens ergo non sequens negatur prima. quod hec propositio tu es rome in principio proposita fuit impertinens posita: nunc autem est eadem et pertinens sibi et concessio simul. v. pertinens sequens: statim bene quod eadem propositio sit impertinens et sequens respectu diuersorum. Hec responsio arguuntur verbaliter soluit sed non percipit ipsius difficultatem. pono enim casum ut prius quo admissio propono tibi hec tu es rome est falsa et non sequens concedendum est. Nam quod sit falsa pro et quod non sit sequens probatur. Nam non sequitur omnis homo est rome igitur tu es rome: deinde propono illam: tu es homo. concedenda est ut prius. vltimo propono istam tu es rome si negas habetur intentum. si concedis contra illa est falsa et non sequens igitur non est a te concedenda. similiter tu concedis falsum non sequens igitur male respondes. Non respondet concedendo in principio quod illa est falsa non sequens tu es rome. et tunc quando proponitur illa. tu es homo: concedo eam et istam similiter tu es rome. Et tunc ad argumentum illa est falsa non sequens igitur non est concedenda concedo primam et prima: tamen quicunque mihi proponeret concedam eam. et tunc quando arguitur tu concedis falsum et non sequens igitur male respondes. concedo primam et prima modo quo in prioribus dictum est.



Extra regula fuit ista. Omne repugnans posito obligato et concessio vel concessis scitum esse tale infra tempus obligationis est ab eodem negandum. Contra istam regulam procedit argumenta contra alteram regulam. facta mutatione aliquantulum: veritatem spalter contra ipsam arguo sic. et pono tibi istam. Omnis homo currit qua proposita et admissa propono tibi istam tu es homo. concedenda est quod vera et impertinens. Deinde tu non curris est a te concedenda. Si negatur vel dubitatur contra ipsa est vera et impertinens igitur concedenda: tunc arguitur sic. tu non curris est a te concedendum sed tu non curris repugnat posito concessio

Igitur repugnans posito et concessio est concedendum. Solutio huius potest patere ex alijs admittendo positum et cui proponitur tu es homo concedit. Deinde tu non curris est a te concedendum: concedit similiter quod verum et impertinens: et nego tanquam repugnans quod repugnet posito et concessio. Et si arguitur sic. Ista propositio est bona omnis homo currit tu es homo igitur tu curris. et oppositum consequentis est igitur oppositum propositi repugnat antecedenti: concedo totum. et tunc ultra oppositum propositi repugnat antecedenti: si oppositum consequentis est illa tu curris igitur ista tu curris repugnat antecedenti. concedo totum: et si arguitur ultra illa tu curris repugnat antecedenti et ans est positum et concessum igitur repugnat posito et concessio nego minores tanquam repugnantes. Sequitur. n. tu curris non repugnat posito et concessio et repugnat illi antecedenti igitur illud ans non est positum et concessum. Et si arguitur contra. illa omnis homo currit est posita et ita tu es homo est concessa et repugnat istis igitur repugnat posito et concessio nego illam copulativam omnis homo currit est posita et illa tu es homo est concessa. Et si dicitur pro qua parte proponant partes: propono ergo omnis homo currit est posita: concedo propono tu es homo est concessa. nego quod repugnat concessio et opposito bene negati. Sequitur. n. omnis homo currit non est posita vel ista tu es homo non est concessa: sed ista omnis homo currit est posita igitur illa tu es homo non est concessa. Et si dicitur aliqua propositio est concessa concedo que fuit illa dico quod stat quod a. vel b. hec questio non est pro nunc determinanda. quare etc. Secundo arguitur sic. contra regulam et pono illam omnis homo currit et omne repugnans aliquibus premissis est a te concedendum: casus est possibilis quod possibile est quod omnis homo sit currens et quod non sit aliquis syllogismus nec aliqua propositio propter istas omne currens est asinus omnis homo est currens igitur omnis homo est asinus et tunc omne repugnans illis premissis simul sumptis esset concedendum a te. v. homo non est asinus. Admissio ergo casu. propono istam omnis homo currit concedenda est quod sequens: deinde tu es homo: concedenda est quod vera et impertinens. Deinde tu non curris: si concedis et bene respondes igitur intentum: si negas vel dubitas: contra omne repugnans aliquibus premissis est a te concedendum: sed hec tu non curris est repugnans aliquibus premissis igitur ipsa est a te concedenda et tu negas ipsam igitur male. Respondet admittendo positum. et concedo totum quousque proponitur ista tu non curris: quam nego. Et tunc ad argumentum nego illam copulativam omne repugnans aliquibus premissis est a te concedendum. Et hec tu non curris est repugnans aliquibus premissis. Et si queritur pro qua parte non detur prima quod ipsa est positum vel sequens ex posito sed detur secunda. quod repugnat vni concessio et opposito bene negati. Si tamen partes illi copulative proponerent cathogice et non in copulativa illas concedendum propter loquendo ambas. Et ultimo quod ista est a me concedenda tu non curris: tanquam tamen concedam ipsam et propter concedo quod male respondeo non tanquam verum sed tanquam sequens. Tertio contra regulam arguitur sic. pono tibi omnis homo currit et pono tibi tu non curris: quo posito et admissio propono tibi illas tu es homo. Si negas contra tu negas verum et non repugnans igitur male: antecedens probatur. Nam quod sit vera pro et quod sit non repugnans probatur. quod non sequitur omnis homo currit. et pono tibi tu non curris igitur tu non es homo. concessa igitur illa propono tibi tu non curris. Si concedis et bene respondeo habeo intentum quod repugnat posito. v. omnis homo currit et concessio. tu es homo. Si negas contra tu negas tibi positum et a te admissum igitur male respondes: ans probatur eo quod posui tibi illam tu non curris et tu eam admisisti. Respondet querendo an sint due propositiones vel solus vna: si vna pre esse respondeatur ut ostensum est. Et cum ultimo proponitur tu non curris: nego eam et concedo quod est mihi posita sed non admissa istam sed bene istam copulativam omnis homo currit. et pono tibi tu non curris: et dato adhuc quod admisseris utramque partem copulative non tamen admissi istas tu non curris: sed istam pono tibi tu non curris ex qua non sequitur quod

non curris. Si autem placet opponenti quod duo sint casus et due propositioes admitto utramque: et si proponit omnis homo currit concedo. quod positum et admissum: deinde pro altero casu tu non curris concedo: quod alterum positum et admissum: deinde tu es homo concedo. Contra repugnat duobus concessis ergo male negas: ans pro. Nam sequitur omnis homo currit et tu non curris igitur tu non es homo. et pro quod quilibet pars ans est a te concessa. Dico quod repugnet duobus concessis non tamen duobus concessis in eadem obligatione: propterea non sequitur quod sit negandum.

